Hoc obtinuit per virtute castitatis. que in an-
gelis est necessitatis nature. Iste excellit in hoc ces.
quia primum exemplar fuit huius integritatis. Unde
adducentur regi virgines post ea. Preterea ostendit
illud alia racione. quia hec est summa puritas. que
nocius potest sibi quasi contrarium secum pati. quam pos-
sit violari. Et talis fuit virginitas domine nostre. que gau-
dium matris habens cum virginitatis pudore. Nec pri-
mam similem visa est nec sequentem habere. Quarta
puritas est sanctificacionis ex supervencione spiritus sancti
scilicet presencie dei in qua sibi excellit omnem creaturam.
Cum enim esse matrem dei sit dignitas ~~sit~~ superior
que pure creature communicari potest. necesse est
graciam ad hoc disponentem maiorem esse omni gra-
cia pure creature. Oportet ergo privilegium sancti-
ficacionis sue in hac parte omnium sanctificacionem excedere
aliorum etc. adiutorio altissimi
Tria sunt genera hominum qui non habitant in
Dicit enim beatus Bernhardus in tractatu suo super psalmum Qui
habitat sermone primo. Qui habitat in adiutorio al-
tissimi in proteccione dei celi commorabitur. Quis sit
divini habitator adiutorii per non habitantes illud
melius potest agnosci. Tria siquidem eorum reperies
genera. Unum non sperancium. Aliud desperancium. Ter-
cium frustra sperancium. Neque enim habitat in adiutorio
dei qui non posuit deum adiutorem suum sed confidit in
virtute sua et in multitudine sua diviciarum suarum
gloriatur. Grandis nempe est ad istum hec voce dicentis Que
vite humane dominum invenire potest. invocate eum dominum qui
est. Sola temporalia queres emulatur in malignanti-
bus pacem peccatorum videns. Et elongatur ab adiuto-
rio altissimi. Nec esse sibi ad hoc necessarium novit